

De Rudentis comoediae nomine Graeco.

Pagina ultima voluminis LXXXIII huius Musei de nomine egimus quod Diphilus exemplari Graeco Rudentis fabulae Plautinae imposuerit: quae festinanter et rapide modo reiecit de Wilamowitz pagina ultima libri *Menander das Schiedsgericht* editi Berolini 1925. Scripsit me Diphilum non recte dixisse imitatorem Menandri fabulae quae Epitrepontes vocatur omnium clarissimae: qua de imitatione in editione Rudentis quae emittetur anno 1926 mihi agendum erit accuratius. Quod vero ille scripsit: „Wenn er vollends das Original des Rudens in dem einmal angeführten Titel findet, der ἐν Ἐπιτροπῇ geschrieben ist, von ihm in Ἐπιτροπῇ geändert, so klingt dieser Titel wenig vertrauenerweckend.“... Ego vero nihil mutavi, sed tradita servavi: neque equidem didici neque docui coniecturis sed traditis uti pro fundamentis doctrinarum. Scilicet traditum est Δίφιλος Ἐπιτροπῇ ut recte rettulit Kockius fragm. 42 C.A.F. II p. 553 Meinekius historiae criticae C.G. p. 454 quod uterque editor male mutavit scribendo Ἐπιτροπεῖ. Atque in maiore editione IV p. 393 Meinekius relegat lectorem ad historiae criticae locum s. s., in minore id ipsum quod debuit male omisit. Arbitrium vero quod Attice ἐπιτροπή dicitur in altera parte Rudentis positum quasi caput et cardinem esse fabulae patet: Diphilum uni Menandro concessam a Musis venerem venustatemque corrupisse in ea quae perfecta est editione Rudentis mox exponetur ut debuit exponi et proponetur publice. Hoc, lector benevole, volui nescius ne esses. Vale.

Bonnae.

Fridericus Marx.

Zu Strab. V 235.

In der Beschreibung römischer Bauwerke liest man: οἱ δ' ὑπόνομοι συννόμω λίθω κατακαμφθέντες ὁδοὺς ἀμάξαις χόρτου πορευτὰς ἐνίας ἀπολελοίπασιν. Für κατακαμφθέντες, welches in der Pariser Ausgabe mit suffulti übersetzt ist, aber keinen Sinn zu geben scheint, ist wohl κατακαμαρωθέντες oder καμαρωθέντες (überwölbt) zu lesen. Zur Bestätigung dient die cloaca maxima.

München.

N. Wecklein.

Zu Ps. Plut. Mor. 241a.

In den Aussprüchen der unbekanntenen Spartanerinnen ist der zweite durch ein Glossem entstellt. Entfernt man dieses, so ergibt sich ein Distichon: ἄλλη ἀκούσασα τὸν υἱὸν ἐν παρατάξει πεσόντα ἔφη·

δειλοὶ κλαίεσθωσαν· ἐγὼ δέ σε, τέκνον, ἄδακρυς
θάπτω τὸν καὶ ἐμὸν καὶ Λακεδαιμόνιον.

In den Handschriften ist nach ἄδακρυς noch das abschwächende καὶ ἰλαρὰ hinzugefügt.

Erlangen.

Alfred Klotz.